Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Teneamus igitur firmissime patrem et filium et
spiritum sanctum unum esse naturaliter deum. neque tamen
ipsum patrem esse qui filius est. nec filium ipsum
esse qui pater est. nec spiritum sanctum ipsum esse. qui
pater aut filius est. Tu. R. Magnus dominus et
magna virtus eius. Et sapientie eius non est numerus. V.
Magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius
Una est enim patris lectio. non est finis. Et sapientie
et filii et spiritus sancti essentia in quo non est aliud
pater. aliud filius. aliud spiritus sanctus. quamvis personaliter
sit alius pater. alius filius. alius spiritus sanctus.
Gloria patri genitoque proli et tibi compar utriusque semper R.
Spiritus alme deus unus. Omni tempore seculi. V. Da gaudiorum
premia da gratiarum munera dissolve litis vincula
astringe pacis federa. Omni tempore seculi. lectio.
Una sancte trinitatis maxime in ipso sacrarum
scripturarum essentia demonstratur initio. ubi
deus dicit. Faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram. Cum autem singulari

142